Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



mercenarius · diuinitus oues et fugit · Et lupus rapit et
dispergit oues · Mercenarius autem fugit · quia mercenarius est · et non pertinet ad eum de ouibus · Ego sum
pastor bonus · Et cognosco meas · et cognoscunt
me meae · Sicut nouit me pater · et ego agnosco patrem
animam meam pono pro ouibus meis · Et alias
oues habeo quae non sunt ex hoc ouili · et illas oportet
me adducere · et vocem meam audiunt · et fiet vnum
ouile · et vnus pastor · OFF Oculi mei semper ad te
de luce vigilo et in nomine tuo leuabo manus meas alla · SECRET
Benedictionem nobis domine conferat salutarem la
ta semper oblatio · ut quod agit mysterio vnitae p
ficiat · Per PHACIO Te quidem domine CON Ego sum pastor bo
nus alla · et cognosco oues meas et cognoscunt me meae alla alla
Prae nobis oramus deus · ut vnificationis COMPL
tuae gratam consequentes in tuo semper munere gaudeamus
per dominum Feria · iii · Lectio epistole beati petri apostoli c. i°
Rrum · Scientes quod non corruptibilibus argento
et auro estis redempti de vana vestra conuersatione
patrum traditionis · sed pretioso sanguine quasi incon
taminati et immaculati ihu xpi · praecogniti quidem
ante mundi constitutionem manifestati autem nouissimis
temporibus · propter vos qui per eum fideles estis in deo
qui suscitauit eum a mortuis et dedit ei gloriam ut
fides vestra et spes esset in deo · Animas vestras castificantes
in obedientia Caritatis in fraternitatis amore
simplici ex corde in inuicem diligite attentius renati
non ex semine corruptibili · sed incorruptibili per
verbum dei viui et permanentis · quia omnis caro
vt fenum et omnis gloria eius tanquam flos feni · Ex